



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXVIII. Iugum Christi suaue. Matth. 11.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

3. Qui recipit ¹ vos, me recipit; & qui recipit me, recipit ² eum qui misit me: qui recipit prophetam in nomine propheta, ⁴ mercedem propheta accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et ¹ quicumque ² potum dederit ³ vni ex ⁴ minimis istis ⁵ calicem ⁶ aquae ⁷ frigida, ⁸ tantum in ⁹ nomine ¹⁰ discipuli, amen dico vobis, non perdet ¹² mercedem suam.

LXVIII.

Iugum Christi suaue. Matth. II.

In festis S. Matthiae Apostoli ac S. Francisci.
Aug. ser. 8. de Temp.

1. **I**n illo tempore respondens ³ IESVS, dixit: ¹ Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terra, quia abscondisti ² haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea ³ paruulis: Ita Pater quoniam ⁴ sic placitum fuit ante Te. q. d. Vtrique Pater, quod fecisti ita rectissime fecisti, quoniam sic placitum fuit vt eos humiliores; & ego me humilio, & subijcio tibi. vbi Augustinus, "Habes remedium; si dicendo te sapientem stultus factus es, dic te stultum & sapiens eris: sed dic; dic; sed intus dic, quia sic est vt dicis; si dicis, noli

noli coram hominibus dicere, & coram Deo non dicere.)

2. *Omnia¹ mihi tradita sunt à Patre meo; & nemo² nouit filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit³ nisi filius, & cui⁴ uoluerit filius reuelare.* Chrysoft. *Reuelat, non quantum cognoscit, sed quantum nos recipere possumus; nam & Paulus ita fecit: Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, &c.*

Chrysoft.
ho. 5. de incompreh.
Dei nat.

3. *Venite ad² me³ omnes qui⁴ laboratis & onerati estis, & ego⁶ reficiam uos. Tollite iugum⁷ meum super uos, & discite à⁸ me quia⁹ mitis sum & humilis corde, & inuenietis¹¹ requiem¹¹ animabus uestris: Iugum enim meum¹³ suauis est, & onus meum¹⁴ leue.* Gregorius, *Quid graue subiectis iubet, qui declinare laboriosa mundi huius itinera admonet?* & Augustinus *suprà, Quæ dura sunt laborantibus, iisdem ipsis nitescunt amanti- bus: omnia enim saua & immania prorsus facilia & propè nulla facit Amor.*

Gregor. 4.
mor. 39.

August.